Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



um ÷ eius: adnunti
at firmamentum 7
Dies diei eructat uer
bum. & nox nocti
indicat scientiam 7
Non sunt loquelę ne
que sermones. quo
rum non audiantur
uoces eorum 7
In omnem terram ex
iuit sonus eorum.
& in fines orbis ÷ ter
rę: uerba eorum 7
In sole posuit taberna
culum suum. & ip
se tamquam sponsus
procedens de thala
mo suo 7
Exultauit ut gigas
ad currendam uiam
÷ suam:. a summo cęlo
egressio eius 7
Et occursus eius usq.
ad summum eius.
nec est quise abscon
dat a calore eius 7
Lex dni immaculata
con uertens animas.
testimonium dni fide

Non sunt loquelae. negando dicit. nullos esse sermones neque loquelas. quos apostoli non potuissent loqui. sermones pertinent ad communes narrationes, Loquelae ad publicas succusiones 7

In sole. idest in manifestatione mundi. dicit tabernaculum. idest inhabitaculum sui corporis. et ipse xpm dnm dicit. quasi tamquam sponsus ecclesiae suae. processit de thalamo suo. idest de utero uirginali, Bene sponsus abspondendo dicitur xps qui futurus est promissus a prophetis 7

Occursus ei. secdm hominem dr. quia post assumptionem carnis in utraq. natura xps pmanens. occurrit usq. ad summum. id ad sedem paternam manifestatis qua patri filius semp aequalis e, Calor eius. sps sc est. a quo nemo potest abscondi quia potentiae suae dictis uniuscuiusq. corda cognoscit 7

Dies xps. siue apostoli. Eructat uerbum. cum irradians corda apostolorum purissimis praedicationibus, Nox nocti indicat scientiam. cum iudas iudaeis xpm prodidit ac tradidit ad occidendum 7

Terram hic homines debemus accipere. sonus uero fama miraculorum est, Fines terrę sunt reges. idest ut non solum ad humiles. sed etiam ad principes gentium euangelii uerba peruenerunt. & omnes homines salubri doctrina docuerunt 7

Bene giganti comparatur xps. quia humanam naturam superans magnitudine suae potentiae. Haec uia cursum significat eius uitae. homo natus. creuit. docuit. passus est, a summo. patrem significat, egressio. nativitas filii. non temporalis. sed coeternaepatri 7

Lex dni xps est irreprehensibilis. quia non habuit peccatum, Conuertit animas. de captiuitate in libertatem, Testimonia quae dedit ipsa